



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 8. Ejusdem summi Pontificis declaratio circa vetitos cibos cum permissis non commiscendos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

„hortantes, sedulo, ac paterne monea- Sæc. XVIII.
 „tis, rem agi non quidem exiguam, A. C. 1741.
 „sed longe gravissimam, de observando,
 „sustinendoque jejunio purificandis ani-
 „mis corporibusque salutari. In spem
 „igitur illos erigite cælestium præmio-
 „rum, quibus assequendis non sunt con-
 „dignæ passiones hujus temporis; imo
 „leve, ac momentaneum non tribula-
 „tionis, sed modicæ abstinentiæ nostræ
 „incommodum, magnum gloriæ pon-
 „dus operatur in cælis. Ab omnibus
 „se abstinent, qui in agone contendunt,
 „ut corruptibilem coronam accipiant;
 „pudeat tam imbelles ac delictos chri-
 „stianæ militiæ milites, refugientes a
 „consortio Crucis Christi, qui coronam
 „legitime certantibus propositam spera-
 „re præcipit incorruptam; ad cujus au-
 „spicium, & pignus, Fraternitatibus
 „Vestris Apostolicam Benedictionem,
 „iisdem etiam populis vestris Nostro
 „nomine impertiendam, peramanter
 „mergimur.“

§. VIII.

*Ejusdem summi Pontificis declaratio
 circa vetitos cibos cum permissis
 non commiscendos.*

Divulgata per universum orbem utra-
 que hac Constitutione, variæ mo-
 A a 2 ve-

Sæc. XVIII. vebantur quæstiones, præcipue vero
A. C. 1741. circa cibos carneos cum esurialibus non
 commiscendos. Hispani insuper ob Bel-
 lam, ut vocant, *Cruciatam*, se hac lege
 obstringi dubitabant. Id ubi Pontifex
 ab Episcopo Compostellano compererat
 ad propositas ejusdem quæstiones in
 epistola Pastoralis respondendum censuit
 unde tertio post anno die octava Julii
 ad eum has transmisit literas:

„Si Fraternitas tua secum reputabit
 „quot gravissimis & maximis curis pro
 „pæmodum obruamur, quantumque
 „hoc præsertim difficillimo tempore
 „prorsus Nos teneat imposita tenuitas
 „nostræ sollicitudo omnium Ecclesiarum
 „rum, non sane mirabitur tam diu
 „procrastinatum fuisse responsum ad
 „literas, quibus Apostolica auctoritas
 „dissolvendas rogasti obortas in Hispania
 „disputationes aliquas, e duabus
 „nostris Epistolis ad omnes Episcopos
 „superioris Anni MDCCXLI. XXI.
 „Maji, & XXII. Augusti, quibus inter
 „legitimos fines coercuimus invalescentem
 „tem Ecclesiastici jejunii relaxationem
 „Potius tibi in mentem veniet cogitare
 „de singulari nostro in religiosissimam
 „Hispanam Ecclesiam amore, unde Nos
 „immensa licet rerum mole fatigati
 „tos ad expediendum sibi in omni sa-

„perplexitate salutis iter opem nostram
 „præsto habet.

Sæc. XVIII.

A. C. 1741.

„Quamquam igitur, dum prænuntia-
 „tas Constitutiones edimus, non aliud
 „propositum Nobis fuerit, ac refrænare
 „paucorum nimis ingenio fidentium
 „Theologorum licentiam, qui opinio-
 „num novitate gaudent; nec otium,
 „nec animus Nobis fuerit definire quid-
 „quid subtili indagazione deduci possit
 „ex proposita a Nobis jejunandi regula;
 „tamen eximia paterna caritate com-
 „plectimur adeo observantissimos Ro-
 „manæ Sedis Hispanos, tantique faci-
 „mus observationes tuas, ut occurrere
 „anxietati vestræ libenter adjecerimus
 „animum, & Nos ipsi quæstiones abs te
 „propositas dirimendas constituerimus.
 „Sic autem se habent.

*Utrum, quæ in antedictis nostris lite-
 ris in forma Brevis de unica comestione,
 & de epulis non permiscendis, præscribun-
 tur, sub gravi etiam præcepto prohibeantur.*

„Respondemus: Concedentes facul-
 „tatem vescendi carnibus tempore veti-
 „to sub gravi, teneri easdem facultates,
 „non aliter dare, quam geminis hisce
 „adjectis conditionibus, videlicet uni-
 „cæ in die comestionis, & non permi-
 „scendarum epularum. Eos vero, qui
 „hujus-

A a 3

Sæc XVIII. „hujusmodi facultatibus utuntur, sed
 A. C. 1741. „gravi ad binas ipsas condiciones in-
 „plendas obligari.

II. *An ii, quibus concessum est uti
 carnibus, possint in vespertina refectio-
 cula ea quantitate carnis vesci, qua je-
 nantibus permittitur?*

„Respondemus, non licere; sed
 „pus habere eo cibo, eaque uti potest
 „quibus utuntur homines jejuna-
 „rectæ & meticulosæ conscientiæ.”

III. *An qui jejunii tempore vesca-
 nibus permittuntur, & unica com-
 tione uti debent, horam jejunantibus præ-
 scriptam servare opus habeant?*

Edicimus, observandam iis esse

IV. *Quænam sint epulæ licitæ,
 vetantur cum interdictis conjungi?*

„Respondemus: Epulæ licitæ
 „iis, quibus permissam est carnes
 „medere, esse carnes ipsas. Epulæ
 „interdictas esse pisces, adeoque utra-
 „que simul adhiberi non posse. Epulæ
 „bus tamen edendis non interdicuntur
 „ii, quibus datur tantum facultas
 „hibendi ova, & lactinia.

V. *An præceptum de utroque
 rum genere non miscendo dies quoque
 minicos Quadragesimales complectatur?*
 „Affirmatur complecti.

VI. *Utrum hæc lex ad eos quoque* Sæc. XVIII.
A. C. 1741.
pertineat, qui ex Bulla Cruciatæ edere
possunt ova, & lactinia?

„Rescribimus: Nihil in prænuncia-
„tis Nostris Apostolicis literis statutum
„esse, quod respiciat gratiosum Cru-
„ciatæ Diploma. Quare, qui eo gau-
„dent, illius tenorem stricte & confide-
„rate perpendant, ex ejusque senten-
„tia se gerant. Caveant autem, ne in-
„ani quapiam excusatione sese solutos
„esse arbitrentur præscriptis ibi legibus.

VII. *Utrum memorata duo præcepta*
urgeant extra Quadragesimam?

„Respondetur: urgere extra Qua-
„dragesimam utrumque præceptum;
„illud scilicet unicæ comestionis, cum
„reliquis legibus in secundo, & tertio
„ad hæc postulata responso expr. his;
„& alterum non permiscendi epulas li-
„citas cum interdictis, ut in quarto po-
„stulato definitum est.

„Habet, Venerabilis Frater, peni-
„tus explicatum quidquid apud vos ex
„nostris sæpius nuncupatis Apostolicis
„literis dubitationem attulisse scribis.
„Qua quidem in re laudavimus confi-
„lium tum interrogandæ supremæ Ro-
„mæ Sedis, ut libero, & non vacil-
„lanti gressu ad oves sana doctrina im-
„buendas, incedere Pastores queant, in

Sæc. XVIII. „istoque tuo suscepto consilio agnor-
 „mus Hispanam religionem nihil sibi re-

A. C. 1741. „tum nisi e Divi Petri Cathedra accep-
 „tum reputantem; qua splendidißima
 „gloria tantum nomen, & incorrupta
 „Fidei fructum Hispania sibi peperit.

„Cavendum autem vobis est (idem
 „plurimum ad te pertinet, qui illius
 „Archiepiscopi, & Inquisitoris geris præ-
 „cipuum munus) ne in expendendis
 „postolicæ Sedis Constitutionibus, in
 „nimia exhauriendi argumenti sollicitu-
 „dine, nullus fiat differendi ambigendi
 „que modus: sedula deinde opera con-
 „renda, ut istiusmodi dubia, quæ
 „cile pro ingeniorum varietate, dis-
 „tando emergunt, penitus inter vos
 „rimantur, ne diuturna unquam dis-
 „tatione fluctuent animi; præsentibus
 „cum Constitutiones ipsæ Apostolicæ
 „scopum, quo tendunt, aperte demon-
 „strant, & illuc prompte dirigi potest
 „quidquid dubitando interturbare
 „deatur. Id si animadvertissent, quæ
 „de præsentis negotio plura dubitarent
 „nodum sibi exsolvisset. Patebat enim
 „nihil aliud Nobis in animo fuisse, quam
 „cohibere vivida nonnullorum Theolo-
 „gorum ingenia, qui nimium facti
 „junii fines prætergressi, & non parum
 „obliti illud ad retinendum in officio

„corpus divinitus institutum, hosti huic Sæc. XVIII.
 „spiritus infensissimo blandiebantur. A. C. 1741.
 „Statim siquidem comperissent. quid in
 „propositis quæstionibus constituendum
 „esset; nec tibi molestiam exhibuissent,
 „nec Nobis, quos gravissimæ undique
 „circumstant curæ, non parum tempo-
 „ris occupassent: quod tamen pro sin-
 „gulari nostro in vestram gentem studio,
 „atque amorem, libenter impendimus
 „ad rectum vobis iter monstrandum, in
 „postremum simul præcaventes, quo-
 „modo in hujusmodi quæstionibus fir-
 „mare gressus vestros in promptu sit.

§. IX.

*Utraque Pontificis Constitutio Con-
 stantiæ & Spiræ promulgata, at-
 que declarata.*

Quamprimum utraque hæc prior Be-
 nedicti Papæ Constitutio Spiram
 & Constantiam pervenerat, confestim
 Dominus Hugo Comes de Schönborn
 Cardinalis & Spirensis ac Constantien-
 sis Episcopus die vigesima Decembris
 omnibus suæ curæ commissis exactam
 Pontificii decreti observantiam præce-
 pit, ejusque tenorem exposuit, edita
 hanc in rem epistola Pastoralis, cujus te-
 nor est sequens:

A a 5

Om-